

Sabbatici exordium intercessit. quod *Nova Chronologia* definit. Neque vero aliud indicant ea Josephi verba, que ex lib. xv. cap. i. reutimus. Non enim longo intervallu post expugnatam urbem calamitates ille contigerunt; sed eodem anno; quo videlicet ager inculsus erat, neque sementem fecerant. Anno, inquam, Periodi Julianae 4677. cum Junio mense capta esset urbs, quod reliquum fuit ejus anni, & bona sequentis parte, penuria laboratum est, donec mensis nova succederet. Quod autem Josephus dicitur, id est non *εποντα πέμπτην* & dixit, hoc non est infare: sed in cursu jam esse. Quippe tempus est plus quam perfectum, quod jam iniuste demonstrat. & *εποντα* frequenter usurpat auctor ille pro eo quod est inire, & jam advenisse. quod & passim fieri solet. Jam quod ad mensem attinet, quo Hierosolyma capta sunt; quem de tempore Iosephus nominat: non recte meo judicio tertium obfisionis mensem *Nova Chronologia* nominat. Etenim ex orationis serie conflatur, tertium ordine mensum ab Iosepho censeri. *εποντα πέμπτην*, inquit, *εποντα* *της Ιερουσαλήμ πόλης, ὅπερι εποντα πέμπτην οὐαὶ μάχης θετόντων, τῷ Κανδίος Γάλλος, οὐαὶ εποντα πέμπτην οὐαὶ μάχης οὐαὶ νίκης.* Ea calamitas Hierosolymitanæ urbi contingit. Coss. M. Agrippa, & Caninus Gallo Olympiade clxxxv. mense tertio, in festo jejuni. Mensis hic tertius de obfisionis tempore nullo modo potest accipi. Subiicit deinde, velut fato quadam eodem die ac mense ante xxvii. annos a Pompeio fuisse captam. Et sane cap. viii. eiusdem libri loquitur: *εποντα πέμπτην οὐαὶ μάχης οὐαὶ νίκης, &c. Capitā urbe circa tertium mensem, die jejuni.* Quæ loquendi ratio mensem anni tertium, non obfisionis utique designat.

CAPUT LXIX.

De era Hispaniensi, ejusque origine, initio, & auctoritate.

DE vocabuli origine, causisque capienda ab epocha illa primordi, major haec tenuit, quam de epocha ipsa controversia. Nam explosa Joannis Grendensis Episcopi sententia, qui xxvi. ante Christianam eram epocham quadragestim, quod est contra hypothesis. Ex omnibus causis, quas in re tam obscurâ communis licet; nulla verisimilior videtur, quam ab eo anno Hispanensem eram inchoari; quo Julianam formans admirerunt. Cum octavo ac tricelimo postmodum ante Christianam epocham id egerunt, neque scitur; neque valde intersit scire. Suspici posse aliquis, cum anno Juliani septimo, L. Marcius, & C. Sabino Coss. Senatus decreto Triumvirorum acta confirmata sint, ut referat Dio lib. lxviii. inter quæ partitio Romani orbis fuit, anno proxime antecedente, Juliani sexto, ab Augusto, & Antonio denouo facta; ideo à Kalendis Januarii anni Juliani octavi tam annum Julianum, quam Augustei imperii epocham iniuste. Neque vero necesse est, ut statim ab institutione era titulo, ac vocabulo processerit. Id enim longo intervallu contingit, exofcente jam puriori Latinitate, quando ad temporum supputationem era nomen accommodari cepit.

Primum illud est de era nomine; quod à Sepulveda Cordubensi perperam explicatum idem ille Refendius refelit. ipse autem eram nihil esse docet aliud, nisi notam numeri, vel supputationem: quod & Nonni Marcelli auctoritate, ac Lucilii apud eundem adducit; & * Fausti Regensis lib. de Spiritu sancto. Quæ omnia Scaliger excrigit. Alterum est, de causa epochæ illius; quid nimur Hispanos adduxerit, ut ab anno Juliani VIII. ante Christi primum tricelimo octavo eram suam auspiciarentur. Scaliger exigit, id ab hoc anno putare copisse, quod superiori anno magna clade à Domito Calvino fuit affecti Ceretani Hispanie populi, ut auctor est Dio lib. lxviii. qui id Coss. L. Martio Censorino, & C. Sabino contigit. incurrit in annum Periodi Julianae 4680. Julianum duodecimum. Idem Scaliger Eusebianam illum notationem ita declarat. Anno Juliano duodecimo scribit Periodi Calippicæ quartæ sexagesimum octavum annum incidisse, Alexandrea vero quartæ quinquagesimum, quibus Nomenia lunaris in Kalendas Januarias incurrit. Ideo refert Eusebius Romanorum cursum lunarem ab epocha illa copisse.

Hac Scaligeri conjectura tritum illud in ejus doctrina sumit; Calippicam Periodum à Romanis, ut & populis ferme omnibus, agnitam, & adscitam fuisse, quod in lib. i. & ii. hujus Operis sapè redarguiます. Nam si Romani lunarem cyclum ab anno illo cœperere, acciuriores utique motus sideris illius obseruantur; non Calippicos; secundum quos uno iam die in anteriora Nomenia progressionem fecerant. Anno Periodi Julianae 4679. initio anni Iudaici computi 3727. cuius Tifri charaktere 6, 2, 852. feria vi. Septembribus iv. cyclo Luna v. Solis 111. littera D. Addito charaktere iv. mensum, confert character Scebat, 5, 5, 784. feria v. Decembris ultimo, id est hora undecima ferè post meridiem diei xxx. Quare Novilunium nequaquam in Kalendas Januarias competit, sed in pridie ejus diei. Quæ cum ita sint; suspicor Eusebianam illum periocham, vel suppositionem esse, & ab alio, quam Eusebio, notatam; vel, si est germana, nihil aliud velle, nisi circa hoc tem-

* Faustus Epist. 11. T. 3. Bibliotheca Patrumagenses decxxvii. enim utraque era extinximus; nempe, m. Ubi incertum an era sit vernis Abrahami sit significare Iesu nomen & crucis signum, hoc neutrui, an ablutivus.

& eruditus ab ære collatio vocis originem repetit, quod Hispania in triumphum Domitii Calvinus dependentem jussa est: quod tam copiosum fuit, ut inde publica Roma opera infinita curaverit. Sed ab aris contributione aram appellari Latinitas non patitur. Nihil verius est, quam eram, suppurationem, & summam significare, & cum ad tempora dinumeranda transferatur, idem esse atque computum. Nam prater Fanum Regiem, qui libro primo de Spiritu sancto, eram sive suppurationem dixit; Idatius in Chronico sub finem, captos esse pisces in Minio flumine dicit *Latinorum numeris infinitos*; id est cccclxi.

Tetatur idipsum diserte. S. Julianus Archiepiscopus Toletanus in calce lib. 11. contra Iudeos, ubi tempus, quo opus illud scribat, ita circumscribit. Era enim inventa est ante triginta & octo annos quam Christus nascetur. Nunc autem acclamat Era esse 724. De tractis igitur triginta & octo annis, ex quo era inventa est, usque ad nativitatem Christi, residui sunt 686. anni. Quæ cum ita sint; mirum valde est, eruditum Chronologum Nova veraque Chronologia cap. ccvi. persuasissime fibi, Hispaniam aram xl. annis communem Christi epocham procedere. Quæ opinio cum perfete se poterit, & omni exceptione majorum auctoritate damnetur: tum levissimis argumentis innititur. Primum illud est, cuius supra memini, quod Joannes Vafas in Alcobacensis Eusebii codice testetur ad annum Augusti iv. adscriptum era primordium fuisse. Annus autem quartus Augusti quadragestimus est ante Christum. Sed appendix ista ab homine imperito, uti diximus, assuta est. Et, ut germana sit, nullo modo novam illam sententiam sublevat. Dicit enim anno demum Augusti quarto edictum de ære in tributum exigit profectum esse: à quo era deducitur sit. Est autem contentaneum, uno altero post editum decretum anno, Hispaniensem aram, & computum iniuste. Annus Augusti quartus in Eusebiano Chronico iuxit anno Abraami MDCCCLXXXVII. Is ex methodo lib. ix. cap. 1. declarata, cepit anno Periodi Julianae 4673. ac majori ex parte in 4674. incidit, qui est Julianus vi. Ita biennio postea era in Hispania putari coperit ex mente Scriptoris illius.

Alterum argumentum ex Isidoro in Chronico sumitur. è quo sex, septemve loca profert: in quibus aram Hispaniensem ita cum rebus gestis certorum annorum comparat: ut ex eo concludi possit, annis quadragestim Christi aram procedere. Atqui in eodem Isidori Chronico totidem ferè alia loca sunt, in quibus recte, & ex communi sententia era triginta & octo non amplius annis epocha Christi prior est. Vetus cum era cccccix. cum anno Theodosii Magni tertio confert, qui est annus Christi cccclxxxi. Item cum anno xiv. Arcadii & Honori, id est anno Christi ccccvii. comparatur era cccclxvi. Rursus ad annum Christi cccclxxxiv. sive Zenonis xi. applicatur era dxxi. Tum annus Christi dvi. hoc est Anastasi xvii. conjectur in era dxi. Æra quoque d. annus Christi dxi. tribuitur. Potestem era dxi. applicatur ad annum Justini ix. qui est Christi dxxvi.

Est & ubi quadriennio Isidorus aberrat. Ut cum Isidori era dlixx referat ad annum Julianiani xii. qui est anno Christi dxxxviii. Sic aram dlixxxiv. componit cum anno Julianiani xvi. id est cum anno Christi dxi. Quatuor annis era initium anticipat. Alias triennio. Venit cum era dci. accommodat ad annum Julianiani xi. qui est Christi dlii. In uno denique loco non

mentio apud Isidori. *περιγραφαὶ πεccata;* sed *περιγραφαὶ* annorum novem. Siquidem annus Julianiani xxxviii. era imputatur dci. At annus illius Julianiani cadit in annum Christi dixiv. Ita novem & viginti dumtaxat annis era Hispanica anterior erit epocha Dionysiana. Quis ex eo non intelligit, quam inani firmamento nova illa Chronologia fulciatur? Nam vel errore Librariorum numerales notæ, & ut Idatius loquitur, era commutata sunt vel alios auctores in annis Imperatorum Romanorum, terrenaque geltarum statuendis adhibuit Isidorus; qui, ut fit, uno altero anno posterius ista, quam vulgaris est opinio, referunt. Sic annum, quo ab Alarico Roma capta est, Isidorus era imputat cccclxvi. Arcadii & Honori xv. Convenit igitur anno Christi cccix. quem & firmare videtur Idatius; uti suo loco dicitur: quo ex auctore & hac, & alia multa descripti Isidorus. At ex communi, veteriorique sententia, capta est Urbs anno Christi cccx, era cccclxviii.

Pag. 40. Edit. Simeon. *περιγραφαὶ* annorum novem. Siquidem annus Julianiani xxxviii. era imputatur dci. At annus illius Julianiani cadit in annum Christi dixiv. Ita novem & viginti dumtaxat annis era Hispanica anterior erit epocha Dionysiana. Quis ex eo non intelligit, quam inani firmamento nova illa Chronologia fulciatur? Nam vel errore Librariorum numerales notæ, & ut Idatius loquitur, era commutata sunt vel alios auctores in annis Imperatorum Romanorum, terrenaque geltarum statuendis adhibuit Isidorus; qui, ut fit, uno altero anno posterius ista, quam vulgaris est opinio, referunt. Sic annum, quo ab Alarico Roma capta est, Isidorus era imputat cccclxvi. Arcadii & Honori xv. Convenit igitur anno Christi cccix. quem & firmare videtur Idatius; uti suo loco dicitur: quo ex auctore & hac, & alia multa descripti Isidorus. At ex communi, veteriorique sententia, capta est Urbs anno Christi cccx, era cccclxviii.

Parte II. V 2

Quocirca nihil ex Isidori auctoritate conficitur: qui ad vero, ad Thoth anni Nabonassarei **DCCXVIII.** anni sumnum non minus communi faret, quam nova illi sententia: & incipit in medio rem relinquit. Nam quod Joannis Vafsei testimoniis nova Chronologia auctor utitur: quid ille cum Resendio sacerdoti, luculent in Hispania Chronico declaravit, cap. **xxii.** Ubi octo & triginta annis Christiana epocha popularer illum suorum aram priorum esse definit. quod ita planum haec enim factum arbitror, ut ne minimus quidem ea de re scriptulus cuiusquam in mente refideat.

CAPUT LXXI.

De Aetiacis pugna: deque annis Aetiacis.

NAVALE cum Antonio Cesaris certamen, nullo dissidente, contigit, Cesare Octavianus **II.** & M. Valerius Messala Coss. anno Julianus **xv.** die **ii.** Septembri, ut refert Dio lib. **ii.** Sed ob anni Romani labem, uno die Kalenda Septembri pessum iverant. Quatuor enim bissextilles post annum primum editionis intercalati fuerant; cum tres soliti infest debuerint, ut lib. **iv.** cap. **iii.** planum fecimus. Ideo Kalenda Septembri Juliani ad **ii.** Septembri anni emendati descendenter. Ita navale primum tertio Septembri anni emendati convenit. Etenim Dio ex Augusti Commentariis, vel Fastis publicis, victoria diem acceptit. In his vero Septembri illius, qui agebatur, ex virtuosa methodo, dies secundus adnotatus est, qui cum in tertium incideret emendati anni, eo utique die victoria contigit, Thoth die quarta, qui cum in anno castigato **xxx.** Augusti excepit; ob bissextille diem superfluum in **xxx.** diem incurrit. Annus erat Periodi Juliani **4083.** condita Urbs **DCCXII.** cyclo Luna **ix.** Solis **vii.** Ab eo die Septembri Augusti monachia accuratissima ratione computatur, ut afferit Dio.

Post cladem Aetiacam, Antonius & Cleopatra in Egyptum, Caesar in Italiam navigavit. Anno inveniente Caesar Egyptum ingressus, Pelusium, & Alexandria obtinuit. Antonius & Cleopatra voluntariam sibi necem intulerunt: anno Urbs condita **DCCXXIV.** Augusti: quamvis Dio annos illius imperii à Septembri **ii.** die putari scripsit: imo ut arbitror, non tam usu aliquo numerandi à **iv.** Non Sept. computatos esse docet; quam si quis accuratam ejus monarchie rationem velit inire, ab illo die inchoando esse: *ώς η το διακρίνεται πορεύεται τον έτοντα έτοντα* οὐδέποτε οὐδέποτε. Adeo ut numerus annorum monarchia ipsius, si accurate putare velimus, ab illo die inveniatur.

Hic ego tyrones admonendos censeo, ut diligenter annos Aetiacos ab Aetica victoria differnere studeant. Nam Veteres nonnumquam *τότε είναι μάζαν* tempora computant: id est ab ipso anno, quo ad Actium superatus est Antonius. Ita Josephus lib. **xviii.** Orig. cap. **iii.** refert Quirinum Archelai bona in fascum redigisse, anno post Antonii cladem ad Actium septimo, & tricesimo: quicquid vel **ii.** vel **iii.** Julianus: ut in Anadaver ostendimus. Occurrent & alia quodam exempla, *pg. 14* qua suis locis reddentur. Alii vero Aetiacos annos ab Augusto postrema victoria, & Antonii necesse colligunt.

EA re non animadversa, Christmannus lib. **Convincione annorum**, fodē omnia permisit. *τούτην* utrumque confundit: annum, inquam, que Aetica clades contigit, eundem Julianum putat, à quo anni Augustorum à Censorino: imperii Augusti à Ptolemaeo numerant, nimis ab editione Julianā decimum sextum. Sic enim differt: Censorinus auctor est, Aetia *pg. 15* terio Aetiacum annum incipit ducentesimum sexagesimum octavum. Item si anno Urbis **DCCXIV.** copit primus Aetiacus, anno Urbis **DCCXCI.** init **DCCXII.** Eodem modo, cum anno primo Juliani, si ve quadragesimo quinto ante Christianam aram, coperit annus Iphiti **DCCXVI.** anno Juliani **DCCXXI.** anno Iphiti **DCCXVII.** anno Juliani **DCCXXII.** copit annus **xxiv.** Tot igitur argumentis Aetiacorum annorum cum Julianis, Iphiteis, & Urbis annis consensu adfruuntur. Sit apud Clementem Alexand. **i.** Strom. ab Alexandri obitu anni putantur **CXXIV.** ad Augusti victorianum, quando semperius Antonius occidit. Obiit Alexander anno Periodi Juliani **4390.** ut supra vidimus. Thoth anni Nabonassarei **CCCCXV.** Novembri **xi.** feria **i.** cyclo Solis **xxi.** Ab hoc

verò, ad Thoth anni Nabonassarei **DCCXVIII.** anni intersum **CXXIV.** absoluti. Totidem annorum intervallum à Thoth Philippi, five mortis Alexandri ad Thoth regni Augusti, Ptolemaeus statuit lib. **iiii.** cap. **vii.** Scribit enim à morte Alexandri ad regnum Augusti annos intercedere **CCCXXIV.** & à primo Augusti anno, primaque die in Thoth Ägyptio mensē, & meridie, ad equinoctium, quod observavit anno **xvi.** Adriani, Athyr **vii.** Septembri **xxv.** duabus post meridiem horis, annos intercē **CXXI.** dies **LVI.** horas **2.** quod aquinoctium cadit in annum Christi **CXXXI.** Annī Ägyptiaci **CXXI.** cum diebus **xxvi.** dies componuntur **58851.** qui à **xxv.** Sept. meridie anni Christi retro putati defunsti in meridiem diei **xxxii.** Augusti anni Juliani **xvi.** Nam ad aram Christianam anni Juliani **xxix.** cum diebus **xxxii.** putantur: ex quibus dies confidunt **10715.** Tum anni sunt **CXXXI.** Juliani ab æra Christi, cum diebus **CCCLIX.** Componuntur dies **48116.** qui ad superiores adjuncti dant **58851.** dies Quate perspicuum est annum Aetiacum primum, à quo Ägyptii Augusti annos computarunt, fuisse ducentesimum nonagesimum quintu inuenientem Ägyptiacum, five Nabonassarei à Thoth obitus Alexandri: & Juliani **xvi.** iniuste à Neomenia Thoth, quantum communum in **xxx.** Augusti in anno emendato cederat. At ut vitium anni Juliani, quod bissextilles quartu protribus intercalati fuerant, Augusti **xxix.** migrationem fecerat. Annī Nabonassarei **DCCXVIII.** absoluti sunt à primo Thoth Nabon. anno Per. Jul. **3967.** Februario **xxvi.** feria **iv.** ad Thoth Aetiacum. Dies porro sunt **262070.** qui per septem divisi additistribus, quia prius Thoth feria **iv.** iniuste, relinquunt feriam **vii.** Itaque Neomenia Thoth anni Nabonassarei **DCCXIX.** copit feria **i.** cyclo Solis **viii.** anno Per. Jul. **4384.** littera Dom. emendati cycli **E.** Proinde Augusti ultime copit Neomenia Thoth. In cyclo virtuoso fuit illi bissextilis annus. Littera **D.** Unde feria prima Augusti **xxix.**

Ex iis planum est annos Aetiacos, five Augustorum, *ut Censorinus vocat;* vel, ut Ptolemaeus, imperii Augusti, non ab anno ipso Aetica victoria, sed à *ad* *genuis* *finitis*, non ab anno ipso Aetica victoria, sed à *ad* *genuis*. Nam Veteres nonnumquam *τότε είναι μάζαν* tempora computant: id est ab ipso anno, quo ad Actium superatus est Antonius. Ita Josephus lib. **xviii.** Orig. cap. **iii.** refert Quirinum Archelai bona in fascum redigisse, anno post Antonii cladem ad Actium septimo, & tricesimo: quicquid vel **ii.** vel **iii.** Julianus: ut in Anadaver ostendimus. Occurrent & alia quodam exempla, *pg. 14* qua suis locis reddentur. Alii vero Aetiacos annos ab

Vide Dio. *neb. lib. 111.* annos Aetiacos ab Actia victoria, & Antonii necesse colligunt. *τούτην* utrumque confundit: annum, inquam, que Aetica clades contigit, eundem Julianum putat, à quo anni Augustorum à Censorino: imperii Augusti à Ptolemaeo numerant, nimis ab editione Julianā decimum sextum. Sic enim differt: Censorinus auctor est, Aetia *pg. 15* terio Aetiacum annum incipit ducentesimum sexagesimum octavum. Item si anno Urbis **DCCXIV.** copit primus Aetiacus, anno Urbis **DCCXCI.** init **DCCXII.** Eodem modo, cum anno primo Juliani, si ve quadragesimo quinto ante Christianam aram, coperit annus Iphiti **DCCXVI.** anno Juliani **DCCXXI.** anno Iphiti **DCCXVII.** anno Juliani **DCCXXII.** copit annus **xxiv.** Tot igitur argumentis Aetiacorum annorum cum Julianis, Iphiteis, & Urbis annis consensu adfruuntur. Sit apud Clementem Alexand. **i.** Strom. ab Alexandri obitu anni putantur **CXXIV.** ad Augusti victorianum, quando semperius Antonius occidit. Obiit Alexander anno Periodi Juliani **4390.** ut supra vidimus. Thoth anni Nabonassarei **CCCCXV.** Novembri **xi.** feria **i.** cyclo Solis **xxi.** Ab hoc

LIBER DECIMUS, CAP. LXXII. LXXIII.

antecedit epochas, inire jam diximus. Unde tamen si ad annum illum, qui ab Olympiade quartus est, mors illorum apposita sit, intelligitur tamen annus tertius currens: ut secundus; si ad tertium Olympiadis applicetur. In editione Pontaci ad annum Abramini **MDCCECLXXXVII.** ista notantur; in Sealigneriana ad **MDCCLXXXVII.** Quoniam igitur Eusebianorum annorum epocha in autumno posita est anti Periodi Julianae **2697.** Id est ex perpetua methodo, additis **2696.** ad annos **1988.** exsilit annus Periodi Julianae **4084.** quod revera mors Antonii & Cleopatrae contigit. Et quidem ab hoc anno copit quartus Olympiadicus ab Octobri, ex Eusebii mente; cum apud Elidenses terius dumtaxat inchoatus sit à solstitio. Restitutus itaque Pontaci editio, quam Scaligeri, necem Antonii cum anno Abramini **MDCCLXXXVII.** copulavit. Hæc Eusebii Chronologia à paucis animadversa magis in errores plerosque transversos abutit.

Tacitus initio lib. **i.** Hispot. ab Urbe condita videtur ad Aetiacam pugnam numerare annos **DCCX.** quod & M. Creator perperam fecit historiam conturbat. Verum Tacitus non accurate, sed *ωντας*, & rotundè **neccx.** pro **DCCXI.** absolutis expressit; ut supra docuimus.

CAPUT LXXII.

De annis Augustorum Romanis.

SUPERSUNT anni Augustorum Romani post Aetiam victoriam inchoati: quorum Censorinus mentionat; ac testatur eorum initium ex Kalendis Januariis procedere anni, quo Cos. fuerunt Augustus vir. & Agrippa **III.** quod & Dio libro **LI.** prodidit. Hoc enim anno, posteaquam Octavianus frustra se imperio abdicare conatus est; déque ea re apud Senatum orationem habuit; neque tamen id facere permisus est: tum Augusti illi nomen est additum, sententia L. Murici Planci, ut Censorinus & Stetoni referunt; a d. **xvi.** Kalend. Februar. Contigit hoc anno U. C. **DCCXVII.** Juliano inente **xix.** Periodi Julianae **4697.** Censorinus annum illum, quo scribebat; quemque nos offendimus Christi esse **CXXXVII.** Urbis **DCCXXCI.** Julianum vero **CCCLXXXVII.** dicit Augustorum Romanum esse **CCLX.** Detracit **265.** de **283.** restant **18.** Proinde nominis decimus Julianus primus est annus Augustorum Romanus. Sic deductus **265.** Secundus ergo in **DCCX.** ut dictum est. Septimus porro in **DCCXVI.** quo & Augusti nomen obtinuit, indidemque Augustorum anni proficiscuntur. Quomodo igitur ambo ita consentanea sunt, ut annus primus Augustorum, de quo Censorinus loquitur, in Consulatum Augusti **vii.** incurrit; & nihilominus proximus sit à decimo Triumviratus anno, quo secundum Consulit Augustus fuit? Nos Censorinus potius annos Augustorum annos insigni titulo notatos inflaurauit, inquit, constituta legitima Monarchia, anno Juliani **xix.** Urbis **DCCXXVII.** definiamus; qui est sanè vicefimus septimus ante Christianam epocham, sed post finem Triumviratus sextus iniens; ab Aetiacā victoria quartus. Ejusdem Kalenda Januaria dies sunt octingentesimus quinquefimus septimus à Thoth Aetaco, qui in **xxix.** incidit Augusti anni Juliani **xvi.** Intervallum anni duo Juliani, quorum alter bissextilles est, cum diebus **122.** à **xxix.** Augusti ad **xxviii.** Decemb. At Scaliger nescio quid cogitans *lib. v. de Emend.* *PG. 427.* differentiam annorum Augustorum Ägyptiorum, & Romanorum dies esse dicit **490.** quod ex mense Augusto annus Augustorum Ägyptiacus competit **xvi.** anno Juliani **ex Januarii autem annus Augustorum Romanus anno XVII.** Fallit hoc posterius. Nam ex Kalendis Januariis anni Juliani **xix.** incipiunt Augustorum anni Romanorum; ut ex Censorino colligitur.

CAPUT LXXIII.

*De Thoth Ägyptiorum fixo, five anno Juliano ab illis recipio: deinceps ejus ab anno Aetaco quinquennali discrimine nova & probabilis obseratio. Theo. & Georgius Monachus illustrati. Scaligeri *mæcunaria.**

Dio libro **ii.** ad annum Urbis condita Varronianum **DCCXXIV.** quo Augustus Alexandram cepit, *V 3* integr

inter alia, quæ in honorem Augusti decreta sunt, id fuisse constitutum memoria prodidit; rūo nō ipsius, tū ē Aἰσχάντης iādū, ἀγάθλη nō εἴσι, tū nō εἰστε
in δρῦν d̄ αἰσχάντην αὐτὸν ρεπλέσιν. uti dies
quo capta est Alexandria, fūtus efer, ab ēquo reliquis
deinceps annis numerandis initium sumerent. Que Dio-
nis verba sic omnes interpretantur, ut ex anno illo
deinceps Egypti vago & mobilis anno suo frānos
injecerint, ac Julianum, atque fixum amplexi sint.
Porro quinam dies iste fuerit, non explicat Dio;
quod fāne debuerat. Multo enim melius de poste-
ritate meruisset, quām cū diem exprefit, quo na-
vali certamine victus est Antonius. Sed idem argu-
mentatione colligitur. Nam cū Thoth Egyptius,
id est prima dies anni, postmodum in Augusti Juliani
xxxix. die defixa sit, & evagari longius vetita; pro-
babile est hunc ipsum diem à Dionē significari. Qua-
re xxix. mensis Augusti Alexandriam Octavianus in-
gressus est. Orofius libro vi. cap. xix. scribit, cūm
Antonius Kalendis Sextilibus navale certamen adver-
sus Cæsarem ad portum intrueret, subito clafrem ad
Cæsarem defecisse: Antonium verò se in regiam fugā
recepisse. Deinde imminentē Cæsare, turbataque ci-
vitate Antonium sēlē ferri transverberare. Postea mor-
tuā Cleopatrā, Cæsarem Alexandria potūt. Id si
xxix. Augusti contigit; mensis unius intervallū fer-
er inter Antoni & Cleopatrā mortem, atque Alexan-
driam occupatam interfuerit: siquidem vera dicunt
ambo illi Scriptores. Ceterum anno Juliano xvi.
Urbis Varroniano dcccxxiv. Thoth anni Egyptiaci
Nabonassarei decxii. incidit in xxix. Augusti anni
Juliani hodierni, atque correcți, feria i. Cum au-
tem vitiosus esset annus Julianus, quo Romani tum
utebantur, propter bissextilē unum superfluum.
(Quatuor enim post annum primum Julianum inter-
calaverant Pontifices, cū tres solūnmodō intercalatio-
nibus tantoper peccafe. Ergo ita conclusimus: Nisi
vagam anni formam anno dumtaxat Juliano xxi. repu-
datam, & Julianam ab Egyptiis admissam dixeris, quo
tempore Thoth ad xxix. Augusti in anno emendato conve-
nit; ac deinceps recta bissextilē intercalatione Neomoni-
Thoth ibidem retinent: necesse est Egyptius una
cum Romano anno hujus etiam depravationem acceperit.
Hanc nobis dubitationem vehementiorem postea cer-
ta nonnullorum Scriptorum loca fecerunt, qui ini-
tium anni Juliani ab Egyptiis admitti quinque feri-
poft Cleopatrā necem annis statuerunt; nimirum an-
no ipso, quem odorati sumus, Juliano xxi. Etenim
Joannes Herwartus cap. cxxvii. Theonis Alexandri-
ni locum citat ē libro, qui ētē τὰς περισσές καύνεις &
ἀπορίους inscribitur; quo in libro docet ab era Na-
bonassarei ad mortem Alexandri anni fluxus cccxxv.
inde verò ētē τὰς περισσές καύνεις, five in Egyptiacorum
annorum revolutionem, qui quidem anni a xxx. Au-
gusti constanter incipiunt, annos esse cccxxix. sicut
ab epocha Nabonassarei annos universē colligi ad illam
τὸν κατάστασιν, dcccxxiiii. Primum itaque Thoth fixus
anno congruit Nabonassarei dcccxxv. qui ex methodo
lib. vii. cap. xiv. iniit anno Julianae Periodi 4689.
feria vi. anno Juliani xxi. ab U. C. dcccxxix. Var-
roniano, Augusto ix. & Junio Silano Coss. Idem do-
cet & Theodorus Metochetus in libro τὰς περισσές
καύνεις τὰς περισσές: nempe ab Alexandri morte,
five epocha Philippi, ad τὸν κατάστασιν, five iniitum
anni fixi, colligi annos ccxcix. indidēque ad Octo-
bris vi. anni mundi 6792. Christi 1284. Egyptiacos
intervent. Sic igitur anno Juliani xvi. quoniam
unius iam dici περισσός vitiosus annus à metis exci-
derat, accedente præterea bissextilē; dies omnes, qui
a xxiv. Februario anni depravatis ad eundem diem anni
Julianii xvii. sequentes intercederunt; (qui in an-
no correcīto intercalari debuit;) biduo ab anni corre-
cti statione pestis abierant. In Juliano xvii. post
bissextilē anni correcīto uno tandem die recedebant:
itaque deinceps usque ad aliū bissextilē. Quocir-
ca xxix. Augusti in anno vitiosus tricēfīm prima fuit
Augusti in anno correcīto, labente xv. Julianae edi-
tionis anno. Postea verò ad unius diei περισσών re-
gressa est; & anno sequente fuit tricēfīm Augusti
correcīto. Post annum xxviii. Julianum bidui περισσών
est confitata. unde duobus ac tribus diebus eadem xxx.
dies Augusti vitiosus distabat identidem a xxix. Au-
gusti caligati: eratque illius xxvi. vel Kal. Septem-
bris.

docet

LIBER DECIMUS, CAP. LXXIII.

159

Scaliger porro superiora illa Georgii non intellexit. Scaligeri
quibus hanc subesse sententiam credit: ut annum, rō in ver-
quo Augustus bissextilum correxit, "Auguste imperiū
bissextilum ab Augusto caligatum, aut intercalatum es-
se. (Fuit enim annus iste tum ex nostra, tum ex Scali-
geri opinione, simplex) sed ordinatam dumtaxat
anno illo bissextilum rationem in annos sequentes.
Quare primus bissextilis annus caligatus est Julianus
lxxii. à Cæsare necesse est. uti Scaliger ipse definit.
Hunc igitur à Georgio nominari oportuit, si, quod
Scaliger affingit, loqui voluisset. Sed alia omnia co-
gitavit; quæ sine dubio à nobis exposita sunt.

Hinc igitur liquet, ex Græcorum quorundam, ac
præserum Astrologorum mente, aliud esse annos Au-
gusti Atticos, sive Thoth Attiacum; aliud Thoth anni
Egyptiaci fixi, & Juliani. Prior iniit anno Juliani
no. xvi. ante aram Christi tricēfīm, posterior annu
xxi. Juliano, ante eamē epocham Christi, xxv. Ex
quo sequitur minimè videri Alexandrinus anno illo,
qua Cleopatra & Antonio sublati Alexandriam Au-
gustus intravit, annum suum Julianā formā mutasse:
sed post annos id quinque fecisse. Ac duorum alter-
rum evenit supra monūm. Aut enim, cum anno
Julianoi vitiosam intercalationem una recepturum Egypti,
si anno primo Attico illum usurparunt. Aut in
annū quantum vertente Juliani ultimū anni distulere-
nt. Ex his qui prius tueri voluerit, video quid con-
sequens sit. Dici enim hoc potest, Astrologos illos
non ex historia, reisque veritate; sed nō ētē &
fictiōne quadam, epocham Thoth anni fixi quinque
post Julianam annos computant. Post verò Alexandri-
niam Thoth anni mobilis anno Juliano xvii.
Nabonassareo dcccxx. ab Augusti caligati die xxxi.
ad xxx. migrare coptit, anno Urbis Varroniano
dcccxxv. à quo, vertente anno quarto, nempe Juliano
xxi. Nabonassareo dcccxxiv. ab U. C. dcccxxix trans-
firat cœpit in xxix. Augusti. Quod cū Astrologi ex
anni vagi, & Nabonassarei ratiociniis intelligenter, ut
in anno Juliano hodierno, & ab Augusto caligato
certam anno Egyptiaco fixo epocham finirent, cum
videlicet annum præstiterunt, quo Neomoni Thoth
Augusti nonum ac vicefimum diem adire coptit; ut
in eo deinde filteretur. Unde quinquenno post re-
ceptum annum Julianum, ejus epocham configura-
runt.

Posteriori qui asseverandum putaret, hoc est qui am-
bas illas epochas diversas, & historicas, non fictas
crederet, legi haec neminem. Atqui probabilis
hac ratio est: & eo forte quā illa verisimilior,
quod, ut diximus, aliquo mirum sit Egyptius, à
quibus anni Juliani formam Romani didicerant; harc
ipsum adeo imperit, inscītique tractasse. Hoc qui
persuaderi sibi non poterit, is posterior hoc teneat
neceſſe est. Et verò cur id instituerint Alexandrinis;
cur quod à Senatu mandatum iis fuerat non continuo
fecerint: ut ab eo die, quo Alexandria potius est
Augustus, annum fixum inchoarent: non absurdum
conjecturam habemus; cuius declaranda gratia paullō
altius quadam juvat reperere. Primum, Egyptios,
tametsi quamdiu liberum, & effrenatum annum adhi-
berent, nullum intercalare diem; non modò vulgo;
sed ne tacite quidem; sic ut usū aliquo, exerteque in
anno nescio quo recondito, & Hierophantico diem
illum exprimerent. quod aduersus Scaligerum lib. iii.
cap. i. demonstravimus. nihilominus Juliani quadrienni
scientiam habuisse: nec ignorari Thoth suum quartu
quoque vertente anno, uno die in anteriora regredi.
Quippe peritus hoc ut aliis plerisque, sic Egypti
titus fuisse maximè: Tropicum ac Solarem annum cum
Julianu paria facere. Hujus verò rationem tacite ab
illis

illis etiam habitam esse, quorum popularis annus minimum Solaris erat. De qua re necessariò videnda sunt, quæ lib. i. cap. vii. disserimus; cum penes Athenenses ostendimus prater popularem, & lunarem annum, alterum fuisse reconditum, & Solarem, cumdémque Juliano supparem, quem ab Egyptiis acceperant. Quamobrem Solarem annum putabant diebus constare ccccxxv. horis sex: adeoque quarto anno vertente unum redundare diem. Vagi ac popularis anni circutus ad Canicula fidus, quam Sothis appellabant, tamquam cardinem referabant Egypti; ut Horus Apollo, & Porphyrius in Antro docent. Quantum igitur à meti iis vertente quadriennio suo Sol absellet, facile colligebant: & ex ῥωμαῖς Αἰγυπτίοις, καινοῖς, ac vicissim hanc ex illa computabant. Secundo de die, quo Alexandria in potestatem venit Augusti; hoc est, quando mortua Cleopatra penitus illam est adeptus, cum infinita sit apud Dionem mentio, conjectari licet, quartam fuisse τὸ ιπερβάντον, sive penultimam

Dionysii Petavii
E SOCIETATE JESU,
DE
DOCTRINA
TEMPORUM
LIBER UNDECIMUS.

ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ.

ILUSTRIORES quoque temporum titulos ab conditi orbis initio ad Christi tempora duobus libris comprehendimus. De ipsis Christi natali reliquum erat, ut dicendum videretur, sed nos Scaligeri vestigia persequi maluimus; ac separato postremoque libro cum illam Christi Domini nativitatis epocham, tunc huic affinen Passioni ejusdem; ac nonnullas alias complecti: velut annorum lxx. quorum meminit Hieremias: totidem annalium hebdomadarum, quæ à Daniele praefiguntur: ac si que sunt alia, quarum est cum itis conjuncta, & implicata disputatio. His itaque tantisper dilatis, reliquas post Augusti victoriam, ac deinceps consecutas ordinem peragrabimus. In his insignis est, & ad illam de natali Christi Domini disputandam quationem necessaria profus, ac velut ἀστραγάλοις quadam, Herodianæ mortis epocha; à qua libri hujus capiems exordium. Cum autem multa sint in ea tractanda contra veritatem historiæ Scaligeri commissa; ut ea facilius postleventur, libet ex Iosepho, aliquisque quibus licebit historicis verum obitus illius tempus adstruere.

CAPUT I.

De Herodis obitu ex Iosepho prefertim, & Dione: déqué regni illius annis.

HERODIS imperium, & res ab eo gestas primus, & antiquissimus omnium, qui quidem existant, Josephus in historiam retulit: reliqui, qui eadem commentati postea sunt, ex ejus fontibus rivulos suos duxerant. & tamen incredibile est quantum ab auctore ipso, magistrō suo dissentient: ex quo intolerabiles quidam in historiam errores, perturbationesque sunt infusa. Horum omnium παραδεγμάτων, & παραπότων, atque illius historice calamitatis si quis fundum esse dicat Eusebium, is à veritate, me quidem judice, non abhorreat. Etenim tam ille in Herodis temporibus digerendis hallucinatus est; ut reliquis, qui eum univerteri ferme secuti sunt, largissime peccandi legemet Pars II.

